

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Securitas i
cum fontibus primis

Quibusdam sepe magnitudo uirtutis
occasio fuit perdicionis ut cum de
confidencia uirium inordinate
securi essent, per
negligenciam inordinate morerentur.

Nam
quibusdam saepe magnitudo uirtutis
occasio perdicionis fuit, ut cum de
confidentia uirium inordinate
securi sunt, per
neglegentiam inopinate morerentur.

Gregorius Magnus, *Regula pastoralis*, 4,
65 (SC 382, F. Rommel ed., p.534, ll.10-
13).

Mater enim negligencie solet esse
securitas.

Conuersio uidelicet securitatem parit,
mater autem neglegentiae solet esse
securitas.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 24,
11 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,
p.1206, ll.61-62).

Videndo ergo meretricem,
id est Magdalenam,
de tua liberatione non desperes,
sed et Iudam cogitando
securus esse non debes.

→

Non igitur
videndo meretricem,

←

de tua liberatione desperes;
sed et Judam cogitando
non debes esse securus. Utrumque enim
periculosum est, et confidentia, et
desperatio. Nam
confidentia stantem evertit,
et iterum desperatio post lapsum
non admittit exurgere.

Confidencia stantem evertit
et desperatio post lapsum
exurgere non admittit.

Gregorius in pastoralis.

Hincmarus Rhemensis, *De
praedestinatione Dei et libero arbitrio
posterior dissertatio*, 24 (PL 125,
col.222A).